

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Natiuitas m  
cum fontibus primis

Nunquid inuenerunt palacium marmoribus splendidum?		<u>Numquid viderunt palatium marmoribus splendidum?</u>
Nunquid aulam regiam diuersis populis personantem?	←	
Nunquid hastatas siue clipeatas militum cateruas? Nunquid equos regalibus phaleris insignes?	←	
Nunquid currus auro ostroque fulgentes?		
Nunquid matrem eius dyademate coronatam aut in lecto eburneo recumbentem? Nunquid puerum bisso et purpura inuolutum?		<u>numquid matrem eius diademate coronatam, aut in lecto aureo recumbentem? numquid puerum auro et purpura involutum?</u>
	→	<u>numquid aulam regiam diuersis populis personantem?</u> Sed quid? Pandochium tenebrosus et sordidus,  <u>et magis animalibus quam hominibus aptus:</u> in quo nemo contentus erat secedere, nisi itineris necessitate coactus. <u>Matrem eius vix tunicam unam habentem, non ad ornamentum corporis, sed ad tegumentum nuditatis</u> proficientem, quam habere poterat uxor carpentarii, et haec in peregre constituta. <u>Puerum pannis sordidissimis involutum,</u> et in sordidiore quoque praesepio positum: quia locus ille sic erat angustus, ut nec ponendi infantem spatium inuenirent.
Vtique non sed potius angustum et humile tugurium, uile squalidumque praesepium, et magis animalibus quam hominibus aptum puerum uilibus pannis inuolutum,	←	
matrem uix tunicam habentem unam, non ad ornatum corporis sed ad tegumentum nuditatis.		
Crisostomus super illud Matthei II.: Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.	→	
		Pseudo-Chrysostomus, <i>Opus imperfectum in Mattheum</i> , 2 (PG 56, col.641-2).
	→	Neque enim <u>hastatas</u> ille, atque <u>clipeatas</u> ostendit <u>militum cateruas</u> : non <u>equos</u> <u>regalibus phaleris insignes</u> : non <u>currus auro, ostroque fulgentes</u> .
		Iohannes Chrysostomus, <i>In Mattheum homiliae interpretatione Aniani</i> , 6 (1503 Venice ed., fol.15r, ll.52-53).